



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput sexagesimum septimum. Jesu Discipuli lapides.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

CAPUT LXVII.

Jesu Discipuli lapides.

ZACH. 9. 16. *Et salvabit eos Dominus eorum in die illa, ut gregem populi sui; quia lapides sancti elevabuntur super terram ejus.*

EPH. 2. 19, & seq. *Ergo jam non estis hospites & advena: sed etis civis sanctorum, & domestici Dei, superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum; ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino; in quo & vos coedificati in habitaculum Dei in spiritu.*

1. Petr. 2. 4, 5. *Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum; ipsi tanquam lapides vivi superedificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.*

CAPUT LXVIII.

Jesús scandalum & ruina.

PSALM. 109. 6. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas.*

ISA. 8. 13, 14. *Domini exercituum ipsum sanctificate: ipse pavor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Jerusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.*

MATTH. 11. 6. *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et Luc. 7. 23.*

Matth. 13. 57. *Et scandalizabatur in eo. Et Marc. 6. 3.*

Matth. 15. 12. *Tunc accedentes Discipuli ejus, dixerunt ei, Scis quia Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt?*

Matth. 26. 31, & seq. *Tunc dicit illis Jesus, Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. . . . Respondens autem Petrus ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Et Marc. 14. 27, & seq.*

Luc. 2. 34. *Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.*

Rom. 9. 32, 33. *Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali; & omnis qui credit in eum, non confundetur.*

1. Cor. 1. 23. *Nos autem predicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.*

Gal. 5. 11. *Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc praedico, quid adhuc persecutionem patior? ergo evacuatum est scandalum crucis.*

1. Petr. 2. 7, 8. *Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt edificantes: hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.*